



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118340**

§. 94. Zizimus Rhodum delatus, & perhonorifice exceptus

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

dunt. Cum itaque non modo Christia-  
næ Republicæ, sed etiam Equitibus Sæcul. XV.  
tanti Principis, qui & Mahometis II. A. C. 1482.  
hæres esset, salus atque felicitas satis  
proficia videretur, hinc in confessu pu-  
blico decretum, ut Zizimus non solum  
exciperetur, sed etiam præatoria navi ex  
hujus Ordinis ærario instructa unacum  
triremi, aliisque navigis ex infesto littore  
abductus, Rhodum advehoretur.  
Classis hæc prope maritimam Lyciæ oram  
procurrens, ibidem Zizimum exceptit;  
illuc enim fugere compellebatur,  
ut se se imminentि periculo subduceret;  
instabant quippe fratribus sui milites, qui-  
bus diserte inunctum, ut ubique terrarum  
Zizimum insequerentur, eumque vel vi-  
vum vel mortuum adducerent.

### §. XCIV.

*Zizimus Rhodum delatus, & perho-  
norifice exceptus.*

Ergo die quarta Julii hoc anno Zizi-  
mum Rhodiana classe delatum Equi-  
tes magna obsequiorum frequentia, in-  
gentique pompa excipiunt. Vix fratribus  
adventum Bajazethes intellexerat, cum  
illico pacem, quam Rhodienses ab eo sub  
primis imperii sui auspiciis efflagitabant,  
fancire animo constituit. Hunc in finem  
cunctas hujus Religionis naves a Lyciæ  
Pira-

**Sæcul. XV.** Piratis, postquam induciarum tempore  
A. C. 1482. effluxerat, ereptas Magno Magistro restitui jussit. Cum autem Zizimus probe cognosceret, quod ejus frater non lo consilio pacem peteret, quam uta magis opportunam illum perdendi occasionem nanciseretur, indeque semper obtenta Rhodienses inter & Turcas libri commercii copia, sibi ad singulas horas, aut carceris aut veneni pericula in pendere metueret, hinc magis tutum syllum alibi quærere decernit, ac iterum iterumque Magnum Magistrum appellat, ut data abeundi facultate ipsum ad Galliarum Regem mitteret.

### §. XCV.

#### *Quædam literæ Magistro a Zizim traditæ.*

Annuenti Magistro Zizimus, priusquam discederet, tria monumenta auctoritate publica recens erecta tradidit. Primum complectebatur amplissimam cum Bajazethe agendi, pacemque firmandi facultatem. Secundum erat velutiquam Apologia, qua Equites culpa liberabat, declarans, se sponte sua a Rhodi Insula discedendi copiam petuisse. Tertium denique continebat perpetuum amicitiae fœdus inter se, suosque Filios & S. Joannis Hierosolymitani Equites